

Orden EDU/1406/2023, de 4 de diciembre (BOCyL de 12 de diciembre)

CUERPO:	0590 PROFESORES ENSEÑANZA SECUNDARIA
ESPECIALIDAD:	003 LATÍN
PRUEBA:	TEXTO EN VERSO PARA SU TRADUCCIÓN CON DICCIONARIO Y COMENTARIO FONÉTICO-MORFOLÓGICO Y MÉTRICO.
TURNO:	1 -2

Goetz, G., Schöll F., Ed. Leipzig, B. G. Teubner, MCMXIII

*PY. Curate ut splendor meo sit clupeo clarior
quam solis radii esse olim quom sudumst solent;
ut, ubi usus veniat, contra conserta manu
praestringat oculorum aciem in acie hostibus.
Nam ego hanc machaeram mihi consolari volo, 5
ne lamentetur neve animum despondeat,
quia se iam pridem feriatam gestitem,
quae misera gestit [et] fartum facere ex hostibus.
Sed ubi Artotrogus hic est? AR. Stat propter virum
fortem atque fortunatum et forma regia, 10
tam bellatorem... Mars se haud ausit dicere
neque aequiperare suas virtutes ad tuas.
PY. Quemne ego servavi in campis Curculionieis,
ubi Bumbomachides Clutomestoridysarchides
erat imperator summus, Neptupni nepos? 15
AR. Memini: nempe illum dicis cum armis aureis,
quoius tu legiones difflavisti spiritu,*

Orden EDU/1406/2023, de 4 de diciembre (BOCyL de 12 de diciembre)

quasi ventus folia aut paniculum tectorium.

*PY.. Istuc quidem edepol nil est. AR. Nil hercle hoc quidemst,
praeut alia dicam – quae tu numquam feceris. 20*

*Periuriorem hoc hominem siquis viderit
aut gloriarum pleniorum, quam illic est,
me sibi habeto, ei ego me mancupio dabo.*

Nisi unum, epityrum estur insanum bene.

PY. Ubi tu's? AR. Eccum. Edepol vel elephanto in India. 25

Quo pacto ei pugno praefregisti bracchium.

PY. Quid, bracchium? AR. Illud dicere volui: femur.

*PY. At indiligenter iceram. AR. Pol si quidem
conisus esses, per corium, per viscera 30
perque os elephantanti transmineret bracchium.*

*PY. Nolo istaec hic nunc. AR. Ne hercle operae pretium quidemst
mihi te narrare, tuas qui virtutes sciam.*

Venter creat omnis hasce aerumnas: auribus

*Perhaurienda sunt, ne dentes dentiant,
et adsentandumst quidquid hic mentibitur 35*

*PY. Quid illuc quod dico? AR. Ehem, scio iam quid vis dicere:
factum herclest: memini fieri. PY.. Quid id est? AR.. Quicquid est.*

-
- Proceda a la escansión y comentario de los siguientes versos:
-

*Curate ut splendor meo sit cluqueo clarior
quam solis radii esse olim quom sudumst solent;
ut, ubi usus veniat, contra conserta manu
praestringat oculorum aciem in acie hostibus.
Nam ego hanc machaeram mihi consolari volo,*